



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 10. Mediobarbus Legatus Apostolicus a Mandarinis male habitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

## §. X.

*Mediobarbus Legatus Apostolicus a  
Mandarinis male habitus.*

Mirabatur vehementer, & stomacha. *Du Halde*  
 batur etiam Legatus, quod illi, l. c.  
 qui sanctæ Sedis auctoritatem sese quam p. 154. &  
 maxime revereri proſitentur, post fo. 155.  
 lemnam, cognitamque ejusdem Sedis  
 definitionem tam indigne dē summo  
 Pontifice, ejusque Constitutione ac  
 Legato loqui ac ſentire præſumerent.  
 Ex hac agendi ratione plane exiguus  
 Legationis ſuccellus ſperari poterat;  
 ipſe enim Imperator ſenſim Pontificem  
 tanquam Virum nimis credulum de-  
 ceptumque contemnere, necnon Le-  
 gati Apostolici fidem ſuſpectam habere  
 cœpit: Ad illius exemplum Mandarini  
 Legatum albis dentibus liberrime de-  
 ridebant, ac præprimis Imperatoris  
 juffu eidem exponebant, quod ſua Ma-  
 jestas in præſenti rerum vicifitudo  
 eidem haud ultra ſit permiffura, ut in  
 ejus conſpectum prodiret, ſed ſua Ma-  
 jestas ſcriptotenus cum eo deinceps ſit  
 actura, & vicifim etiam Legatus pro-  
 ponenda, per literas proponeret, & pro  
 fideli ſcriptorum interpretatione ipſe-  
 met Interpretē ſeſigeret, eoquod Eu-  
 ropæi minus fideles eſſent. His adde-  
 bant

**Sæc. XVIII.** bant Mandarini, se non capere, quo  
A. C. 1721. jure Pontifex Sinensibus iussa dare præ-

sumeret, cum tamen hi ejus subditi  
non essent. Respondit Legatus, per-  
molestum sibi accidere, se nullius culpæ  
conscium suæ Majestatis conspectu pri-  
vari, se tamen etiam in hoc, sicut in  
omnibus aliis, quæ salva conscientia  
posset, suæ Majestati obtemperaturum,  
selectum vero Interpretis, se suæ Majes-  
tatis arbitrio relicturum, eoquod ei  
illorum fides diutius, certiusque co-  
gnita esset: Mandarinis vero reposuit  
Legatus, Pontificem nequaquam Si-  
nensibus imperare, sed duntaxat Chri-  
stianos a rebus Catholicæ religioni  
contrariis avertere: Postea Legatus de  
mediis Imperatorem placandi cum Je-  
suitis deliberavit, his vero nonnisi  
Constitutionis suspensionem suadenti-  
bus, non sine indignatione discessit,  
mox autem obviam habuit Mandarinum  
*Tsong-tou*, qui agitantibus furiis  
velut lymphatus, & amens in Legatum  
irruit, apprehensoque ejus collo (quod  
apud Sinenses summi contemptus spe-  
cies est) in eum convitia & maledicta  
congerens exclamavit, *propter te capitum  
periculum incurro, sed prius te occidam.*  
Hujus quoque Mandarinus aliorumque  
famuli saepius Legati Cubicularium  
adorti, alapas ei inflixeret, barbamque  
evel-

Vid. t. 70.  
pag. 580.

evelentes eidem plures alias intule. Sæc. XVIII.  
runt injurias, quas honestas re- A.C. 1721.  
ferre prohibet: Accesserat etiam Eu-  
nuchus *Cinsu*, qui Legato palam de-  
clarabat, quod Imperator Mandarinum  
*Tsong-tou* severè castigare decreverit,  
eoquod Legatum nec petita Imperato-  
ris licentia, nec expositis legationis  
hujus caussis Peckinum conduxisset:  
cum vero Legatus tot ærumnis, mo-  
lestiis, & afflictionibus pene confectus,  
macilentus vultuque pallidus esset, qui-  
dam Mandarinus Legato in faciem ex-  
probrabat, quod ex livoris ac rabiei  
vehementia contra Imperatorem con-  
cepta pallesceret: hanc contumeliam  
haud dissimulandam ratus, reposuit  
Legatus, tam sincera venerazione Impera-  
torem colo, ut nulla omnino adversitas eam  
imminuendo par sit, pallesco quidem, sed  
duntaxat ob intensissimum, quo crucior, do-  
lorem, eoquod infortunatus ego votis suæ  
Majestatis satisfacere nequeam: His dictis  
abiere omnes.

### §. XI.

#### *Apostolici Legati responsum ad Im- peratoris edictum.*

Vespere ejusdem diei rediere præfati  
Mandarini unacum Europæis, qui  
a Legato responsum ad nuperum Im-  
pera-